

110 Commentaria in Acta Apostol.

cum non habuissent aliquod, in quo condemnarent eos. Tanta erat probitas, ac sincera virtus Sanctorum Apostolorum, ut etiam malitia Pharisæa non posset aliquem praetextum inventire ad eos arguendos, ac puniendos, & maxime quia timuit aliquam seditionem, & commotionem populi contra se, ut subditur: *Proprius populus, quia omnes glorificabant id, quod factum fuerat.* Arabicus: Glorificaverunt ob miraculum, quod factum fuerat. Lucifer. *Honorificabam Deum in falso claudi, confitentes omnes, ut ait Lyranus, factum fuille virtute Divina; nam illud Deo attribuebant: ecce in populo plus sapientie, & pietatis, quam in principibus.*

QUÆSTIO XI.

Quare Sacri Apostoli coram toto pleno Concilio contemptis ejus mandatis, & minis, constanter affirmant ab ipsis nomen Iesu, & ejus opera esse predicanda?

85. *E*t patet supra ex vers. 18. Concilium præcepit Apostolis ne prædicarent, nec annuntiarent in populo nomen Iesu, at illi responderunt hoc non posse fieri ab eis, cum accepissent mandatum a Deo, illud sanctissimum nomen publicare, ut dixi in expositione ad vers. 19. & potius obediendum est Deo, quam hominibus: Unde ait D. Bernard, epist. 7. *Quid enim quod jubet homo, prohibet Deus, ego audiām hominem, surdus Deo? & ideo Apostoli non tenebant obediēre Synagogæ, ac ejus Pontificibus, quia præcipiebant contra Dei mandatum.*

86. *Apostoli non subditi alii cui.* Secundo: Sacri Apostoli jam non erant subditi Synagogæ, atque illius rōmistris, eo quod promulgato Evangelio in die Pentecostes, mortua est Synagogæ, & omnis auctoritas illius Pontificum perire, & extincta fuit, & proinde Apostoli creati sunt à Deo principes super omnem terram, ideoque nulli erant subjecti.

87. *Charitas foras mittit timorem:* est timor Filialis Dei, & est timor servilis rerum tempe temporalium, perfecta charitas, qua fundatur in timore Filiali Dei omnem alium timorem temporalium excludit, quo maxime Apostoli ante adventum Spiritus Sancti erant fatigati. Ait Joannes de eis capit. 2, num. 19. *Cum ergo die illo fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter meum Iudeorum: nunc vero postquam Divinus Spiritus eos suo timore replevit, coram toto magistratu Iudeorum stant Petrus, & Joannes imperterriti Christi magnalia, & ejus sanctissimi nominis contemptus omnibus minis alta voce prædicantes.*

88. *Haec 11.* Cap. 11. n. 2. ait Isaías de Christo Domino: *Requiescerunt super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia, & intellectus, Spiritus consilij, & fortitudinis, Spiritus scientia, & pietatis: & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Magno discrimine, de aliis Divini Spiritus donis de sapientia, intellectu, ac fortitudine, ac de timore loquitur. De aliis spiritibus ait quod requiescent in eo: At de timore Replebit eum Spiritus Domini: Illud, quod est repletum non aliiquid aliud secum admittit, divinus timor non secum patitur alium timorem mundanum, sed illud foras expellit: Cassianus collat. 1. cap. 13, ait: *Dixerat Replebit eum Spiritus timoris Domini, tamen ubertatis ejus est magnitudo, ut quem semel sua virtute pos-*

federet non partem, sed totam ejus occupat mentem. Nec immerito, illa enim, qua nunquam excidit, adhuc etiam charitati, non solum replet, sed etiam perpetua, & inseparabilis possidet jugata, nullis oblationibus immunitus, quas secum non patitur, sed foras expellit.

Vehemens, & furibunda tempestas insequitur fugitivum Jouam, oppressi nautæ, & querentes causam, cur tantum illis obvenisset malum, datis. *Jonas. 1.* que sorribus deprehensus est Jonas, ut saevientis maris causa, & radix: Congregati nautæ ab eo sciftantur quifiam esset, & cujus instituti, quibus ille respondit cap. 1. n. 9. *Dominum Deum Celi ego sum, qui fecit mare, & aridam, & statim subdit: Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis.* Valde miranda sunt hominis verba ipse contra se profert sen. *Domini intentiam, & ut mittatur in mare proclamat, cur non timet saevientem illius procellam, undarum voraginem, & aquarum impetum?* Timebat Deum, Deum Celi ego sum, & timor Dei in eo omnem alium timorem excutiebat, nec naufragium, nec quodcumque aliud malum ei formidini erat, certus scilicet, quod cum timore Dei omnia vinceret D. Zenon. *D. Zenon de Timore ait, Jonas timens Dominum spontaneum non timet adire naufragium.*

QUÆSTIO XII.

Quare ad verba Petri, & Ioannis Senatus Iudaicus minas jaεlat, ab illis se devictum manifestat, & declarat?

90. *V*nde injuriosum est in disputationibus ad minas, & contumelias pro ratione configere, sic mandatum datum fuit à Concilio ne in nomine Jesu prædicaret, quibus Apostoli dixerunt, hoc non posse ab eis observari, cum haberent à Deo præceptum Sanctissimum Jesu nomen annuntiandi, nam ba. oportet Deo obediēre; quid ad hæc Concilium Iudeorum; rationem non rationibus diluit, sed ad minas, *Committentes eos, & forte ad contumelias configuit, quæ aliquorum consuetudo est, cum se adstrictos argumentorum rationali laqueo vident, in contumelias, ac minas prorumpunt, ardorem iræ pro rationibus substituunt,* in quo se vident, ac dejectos ab adversariis fatentur, ut in præsenti Concilium Iudeorum, cùm rationibus Apostolorum prostratum se agnoscere, ad minas, & contumelias se receperit.

91. *Venit meus Jesus in Synagogam, cumque ei datus fuisset Isaiae liber, qui apertus scriptum habebat locum: Spiritus Domini super me proper quod uixi me evangelizare panisperibus misit me, &c. & cum complicisset librum: Cœpit dicere: ad illos, quia hodie adimpleta est scriptura in auribus vestris. Luc. 4. n. 21. at astantes, cum intellegenter quod de se ipso loquebatur, dicebant: nonne hic est Filius Joseph, n. 23. & inde majori furore rabidi, ducebant eum ad supercilium montis, ut precipitarent eum. n. 29. Unde tantum ira, tantus eorum furor contra Christum, si locum Cum se habet Isaiae explicavit de se ipso: cur Doctores Synagogæ mines, vident non infuriant locum non de ipso, sed de alio explicandum, cum se ipsos vident agnoscent, & non habent quid contradicant, ac opponant, injuriosa verba ac præcipita querant, & dicunt: nonne hic est Filius Joseph. D. Chrysostom. homil. 49. in Matth. ait: Parviperendum ipsum, eo quod putabatur Filius Joseph, inde pro ira, & odio ducunt extra civitatem, ut præcipitarent. Auctor Græcus in Catena D. Thomæ Græcius ait: Pro eo quod dixerat hodie completa est haec prophætia, arbitrati sunt quod se ipsum compararent, & ideo indignabantur, & fugant eum extra civitatem.*

Arabic.
Lucifer.

Cap. IV. Vers. 22. 23. & 24.

111

Inquit ad concione Christus Dominus sapientia Patris Iudeos convicit, & sua ipsorum periculacio noblebat credere, & auscultare ejus verba, tunc ait illis I. Iesu: *Si veritatem dico vobis quare non creditis mibi.* Ioa. 8. n. 45. Christus ait: Quare juxta optimam dispositionem ad illam interrogationem *Quare non creditis?* preferendus erat praetextus sua credulitatis, ob quam ejus verba non recipiebant, nec audiebant, sed quid dicunt: *Respondeamus ergo Iudei: nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes.* Cum non habeant, nec verba, nec rationes, quibus satisfaciant, contumeliis, ac injuriis, humana libertatis astutia rationum robur intendit obfuscare, ac supprimere. Ad hoc spectat Cassiodorus lib. 1. epist. 27. *Ad injurias tunc prostatum cum se superatos turpiter erubescunt.*

QUÆSTIO XIII.

Quare Sacri Apostoli ipsosmet adversarios judices appellant?

93. *P*rohibet concilium Synagogæ nomen Jesu prædicari, ac doceri ab Apostolis, qui respondent de ejus prædicatione habere mandatum a Deo, cui oportet obediēre, & dicunt, *Iudicate.* Eos in hac re constituent judges, & nulla major veritatis comparatio, quam ipsos adversarios judges appellare, ut docent noster D. Cyrillex Alexandr. D. Hieron. Procopius, Beda loca citanda Isaia, & Jeremias.

94. *H*ai. 5. *Ait Dominus per Isaiam 5. n. 3. Nunc ergo habitantes Ierusalem, & viri Iudei, iudicate inter me, & vineam meam, quid est quod ultra debui facere vineam meam, & non feci. Et Jeremias 2. n. 4. ait: Audite verba Domini domus Jacob, & omnes cognationes domus Israæl: Hac dicit Dominus: quid invenerunt Patres vestri in me iniquitati, quia elongaverint a me. Mich. 6. n. 2. dicitur: Audiant montes iudicium Domini & fortia fundamenta terræ, quia iudicium Domini cum populo suo, & cū Israel dijudicabitur. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, responde mihi! Sic & passim Prophetæ pro majori suæ probitatis, ac integratissimæ comprobatione à populo sibi adverstatio requirebant testimonia, sic Moses Num. 16. n. 15. Samuel 1. Reg. 12. n. 3. Job 31. 95. *Ioan. 8.**

96. *M*atch. 21. *Et tandem ipse Dominus Iesus dicebat Iudeis: Quis ex vobis argueret me de peccato? Ioan. 8. n. 46. & de illis agricolis vineæ, qui servos Domini interfecerunt, & tandem ejus filium occiderunt, & cum sub parabolâ ipsi Iudei intelligerent, ab eis querit Christus, quid facier Dominus vineæ venientis de illis agricolis: Aiant illi: malos male perder, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Match. 21. num. 41. Ecce milites tamquam constituti judges à Christo contra seipso proferunt sententiam, quod vinea, seu regnum ab eis sit auferendum; tanta enim est vis, & efficacia veritatis, quæ nullis potest impedimentis teneri, quin aliquando fulgeat, & resplendet, velut sol qui nubibus impeditæ tua virtute rumpit, & mortalium oculis appetat, sic veritas mendacii caligines dissipat, ut iustorum oculi nitent. D. Chrysostom. homil. 40. in Matth. in Imperfect. Quid dicent: malos male perder, ait, non fuit illorum, quod iuste iudicaverunt, sed ipsius causa; est enim causa veritatis, que quasi violentiam illi facit, ut non possint ea celare, sicut sole in nubibus constituto, hoc, quod est dies, non ut nubium permittentium eam apparere super terram, sed virtus solis, qua transiens nubes, etiam impedientibus eis appetat.*

97. *Ait Christus D. Matth. 24. n. 27. sicut fulgor exit ab Oriente, & patet usque ad Occidentem, ita erit & aduenius filii hominis. Quæ verba commentans Origen.*

Veritas nula malitia potest obfuscarari. D. Chrysostom.

98. *N*um. 2. 2. *No. n. enim erat amplius quadraginta homo, qui patet supra cap. 3. n. 2. claudos erat ab utero Matris, & inde ejus infirmitas, cū um esset habitualis, & à natura insita difficulter erat curatione, cumque esset per tantum tempus elaudus ejus infirmitas valde nota erat, & cum tantæ esset æterna quadraginta annorum ejus testimonium magna erat autoritatis In quo factum fuerat signum istud curationis. Ethiopicus: *Ethiopicus Super quem factum fuerat signum vita.**

99. *V*ers. 2. 3. *D. missi autem Non innocentes declarati, sed tantum à cena absolti, & liberi, venerunt ad Syiac. suis, Syriacus ad fratres suos, alii ex Græco ad donec rugi, sic suis. Quia inde: Annuntiaverunt Lucifer Reuel. 13. 1. 2. 3. Tulerunt eis quanta. Pagnin. & Tigurina Quacumque Tamen nostra vulgata explicativus habet quanta, quæ significat valde magna, & gravia iuxta illud Luc. 4. Iob. 13. 2. 3. Quanta adulterina facta in Capernaum. Iob. 13. 2. 21. Quanta habeo iniquitates.*

100. *V*ers. 2. 4. *Qui cum audirent Petri, & Ioannis constantiam, generositatem, atque audaciam, Unanimiter Syriac. levaverunt vocem ad Deum. Syriacus sustulerunt vocem suam simul. D. Chrysostom. Ocumenius ad cor animi, melius tamen Lyran. ait: quod corde, & voce laudaverunt, & nota quod laudaverunt Petrum, & Ioan. Opera bona de sua constantia, & audacia, sed Deum ut ore Deo referentes, auctorem omnium donorum, & Apostoli omnes laudaverunt Deum uno corde, & ore simul, quod non potuit fieri sine magno miraculo: *Quia tu fecisti Cœlum, & terram, & mare, hæc expresse nominant tamquam præcipias Orbis partes cum his, quæ in eis continentur.**

101. *Autor. 4. n. 2. 5. Qui Spiritu Sancto per os Patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?*

102. *N*um. 2. 6. *Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.*

103. *N*um. 2. 7. *Convenerunt enim veræ in civitate ista adversus Sanctum puerum tuum Iesum, quem unxiisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gætibus, & populi Israel.*

104. *N*um. 2. 8. *Facere quæ manus tua & consilium tuum decreverunt fieri.*

K 2 Versiones

112 Commentaria in Acta Apostol.

Versiones,

CVM EXPOSITIO NE VIII.

100.

Vers. 25. **Q**ui vi Spiritu Sancto. Pro his, quæ Petrus, & Joannes fecerunt in Concilio Iudæorum, quod eos suis rationibus devincerent, laudant Apostoli Deum cum Psal. 2. Qui Spiritu Sancto Syrus per manum Spiritus Sanctitatis ipso Divino Spiritu repletus. Pueri tui, Græci servi tui, Hebreus, frequenter pueri ponuntur pro servis. Quare frenuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Arabitus: Quare tumultuaverunt gentes, & dilataverunt populi fasistis. Ibidem magno tumultu, ac concitatione congregata sunt gentes, nempe Gentiles; & populi, nempe Iudæorum. Meditati sunt inania, Græci vacua, Hebreus frustra, inaniter. Credebant suis Conciliis posse concludere Christum, sed eorum consilia fuerunt vacua, & frustranea sine ullo effectu.

101. Vers. 26. Asternerunt Reges terra. Hebreus, Ereverunt se Syrus insurrexerunt se Reges terra, nempe Herodes, ut inquit Lyra, qui Matth. 14.n.19. dicitur & Pilatus, qui in Iudea vices imperatoris gerebat, & principes Iudæorum nempe, ac Sacerdotum. Adversus Dominum, nempe adversus ipsum Deum, qui Filium suum Jesum Christum regem constituit, & adversus Christum ejus, ab ipso Deo Patre constitutum Regem.

102. Vers. 27. Convenerunt enim vere in civitate adversus, &c. Syriacus Congregati sunt vere adversus Sanctum Filium tuum. Ita legunt etiam Tertullianus, & Hilarius, & ita ipsius apostoli explicant infra vers. 30. quem unxisti unctione gratiae, & unionis Hippotistica. Cum gentibus, utpote Pilato, ac Magistratu templi, de quo dixi supra vers. 1. & populis Israel Iudeis nempe.

103. Vers. 28. Facere que manus tua Syriacus: Voluntas tuus. Arabicus Dextera tua, manus tua id est, potentia, providentia, & directio tua, & consilium tuum, id est tua alta, & infinita sapientia, ac scientia, & præficia, qua ab æterno prævidit, quod si Christus in tali occasione positus argueret, & increpareret peccata Iudæorum ab ipsis erat occidendum. Tunc Deus posuit Filiu suum Jesum in tali occasione præcipiens, & ut acceptaret mortem inferendam à Iudeis, & voluit permittere peccatum Iudæorum, & mortem Christi ab eis illatam, quam Deus sua infinita bonitate ordinavit in salutem generis humani, & in exaltatione sui ipsius, ac ejus Ecclesiæ, quod egregie explicat D. Leo serm. 16. de passione.

104. QUÆSTIO XIV.

Quare tanta fuit cæcitas, & malitia in regibus, ac principibus, ut contra Deum, ac Christum ejus insurrexerint?

V Alde stupendum facinus! quod Reges, ac Principes audeat se erigere atque opponere contra Deum, ad quod responderet D. Chrysostomus, ad citatum locum Psalmi: Quemadmodum cæcus una virga pugnat cum diente, & paupere, cum servo, & libero, ita aliquid Iudei, & Græci, & gentes incredulitate cœnientes in Prophetas, & Christum bellum similiter gesserunt. Primo isti Prophetas occiderunt, deinde sua ipsorum malitia tumultuantes se precipitarunt, ut in Deum, ac Filium ejus Iesu Christi insurrexerint. Malitia paulatim crevit & ad majora mala se extedit. De his perversis, ac diabolicis hominibus dicitur Hi cum Agno pugnabunt. Apocalypsi. 17.n.14. & unde

ipis Regibus terræ tanta temeritas, ac audacia. D. Ambro. ibi ait: Cum Agno pugnaverum, quia Ecclesia Dei persecuti sunt, populumque Dei interfecerunt. Quia temerario aucto Ecclesiæ perfecuti sunt, inde ardenter febre: frenetici in gravius ruunt malum, ut contra ipsum Deum pugna se accingant.

Iacob benedicens filii suis ait: Simeon, & Levi fratres iniquitas bellaria: In consilium eorum non veniat anima mea, qui in furore suo occiderunt vivum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Genes. 49. n.5. Alii legunt: Quia in indignatione sua interfecerunt homines, & in concupiscentia sua cœderunt nervos tauo: furor illorum initium habuit ab hominibus occidentis, & processit usque ad taurum interficiendum; sed qui erant homines, & qui tauri; Homines, Prophetæ, & justi; Taurus, Christus D. ita frequenter significatus in scriptura: Quasi primogenitus tauri palvorsudo ejus. Deuter. 33. n.18. Vitulus Sagittatus Luc. 15. n.23. & quia in Prophetas defæcavunt, inde non timuerunt manus suas crudelissime in Caristum Filium Dei extendere, ut clavis nervos ejus perfoderent. Tertullian. lib. 3. in Marc. ait: Quia indignatione sua interfecerunt homines, id est Prophetas, & in concupiscentia sua cœderunt nervos tauo, id est Christo, in quem post necem Prophetarum suffigendo nervos est clavis, defæcierunt. Maxime cavendum, ne Dei servi contemnas, inde enim facile ad Dei contemptum devenies.

QUÆSTIO XV

Quare in his qua pertinent ad salutem generis humani, non solum Dei consilium, sed etiam eis manus decreverunt facere?

A It Textus: Herodes, & Pilatus cum gentibus, & populis, & facere, que manus tua, & consilium tuum decreverunt fieri. Scilicet literalem, & Theologicam jam proposuit in expositione ad vers. 28.n.103. nunc vero quærum cur dicatur, manus tua, & consilium tuum decreverunt fieri. Decernendi opus, ad consilium, & non ad manum pertinet; cur ergo manus ipsa decretis divinis astitisse dicitur, cur ibi dicitur: In manus ejus sunt omnes fines terra?

Praclare respondet D. Leo serm. 16. de passi. dicens: Vi mirabilior fuerit gratia Dei, non secundum meritum hominum, sed secundum divinas sapientias, & scientias Dei, misericordia preparata. Quia antecedenter ad omnia merita nostra à Deo preparata est; consilio sapientia, & in manu sua Omnipotentia, quæ frequenter in scriptura per manum significatur: In manu ejus sunt omnes fines terra?

Mira Dei sapientia, & potentia resplendit in redemptione generis humani, ut latè expendunt communiter Sancti Patres, dum considerant, quod per eandem viam, per quam mors introducta est per eandem mors mortua est, & vita est data: mors introducta fuit per mulierem arborem, & serpentem, per easdem vita recuperata est. & per Christum Dominum figuratum in serpente: Sicut Moses exaltavit serpem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis Ioan. 3. n.14.

Quod recte expendit Cassiodorus lib. de anima, & sic ait: Per te, admiranda Domine, pena facta est eterna requies, passi remediabilis, mors fidelium, sa- luis introuit... Quoniam res, qua pandebat Infernos, nunc producit ad Cœlos: Vnde omnipotens, qui & ipsas miseras fecisti potestes, scilicet ad vitam. Quasi omnipotens corona sit, contrariis armis in ipsam exarmandam contulisse potentiam. Unde prosequitur: Nostræ enim bona facere per in-

Expugna cum iustis pugna cum D. Amb.

105.

II. 9.

Gen. 49.

Ex occisis Prophetis occiditur Dei Filius.

Deut. 33.

Luc. 15.

111.

Pla. 95.

Tertullian.

Arbitr. inimi- ci devincere magna po- tentia.

112.

Math. 28.

113.

Per viam moris in- gressa eg- res.

114.

D. August.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.